

L DE S. EPHRAEM SYRO

ac principium, inducit, contemptoremque Dei hominem poenis damnat. Ad haec caritatem ad Deum ducere, odium vero Daemoni similes efficere compertum, ait, habetur. Quem item ad modum veritas multorum est recte factorum parens, quibus mendacium perniciem adferat, ita obedientia beatos reddit, & inobedientia Dei maledictionem, multaque praeter eam dedecora acquirit. Puros praeterea ab invidia & amulatione, caritate divites fieri ostendit: obnoxios contra Diaboli judicio effici, qui hoc morbo laborent, non minus quam qui conviciis jaciendis dediti sint. De temperantia denique, atque intemperantia pari modo agit. Atque haec fere oratio illa ad Metebinos monachos continet: quamquam alia quoque plurima sancti Viri in Graecam conversa linguam opuscula circumferuntur, dicendi vi ac venustate referta. Syri vero affirmant, orationes supra mille scripsisse, quibus etiam testimonium reddit, cujus gravis est in Historia, non item in Dogmatibus fides, Eusebius ille Pamphili cognomento.

A παφροντην δίκας υποβάλλει· και η̄ μεν αγαπιω, προς Θεον αγαγειν, το η̄ μισος, τᾱ δαβολω φηρεται σωματιαν· η̄ ως η̄ αληθεια πολλων ε̄σι μητηρ καταδωμετων, φδορα η̄ τυτων το̄ φεδος· ωσαυτως η̄ υπακοη̄ ο̄τι ρηκαριες τες̄ χρωμενης̄ αποφανε̄ι, το̄ δ̄ ανυποτακτων, καταρας η̄ πολλης̄ αλλης̄ αγχνης̄ ποιη̄ κληρονομης̄· και το̄ καδαρες̄ ε̄νεα φδονης̄ καῑ ζηλης̄, αγαπιω̄ ε̄σῑ καταπεπληρωται· ενεχεοθαι η̄ τες̄ ενιχημενης̄ τᾱ παδα, τως̄ ε̄ διαβολω κειμασιν, ωσαρη̄ καῑ τες̄ λοιδοσιος̄ ε̄αλωστας̄· καῑ ω̄δε̄ ενγρατειας̄ η̄ καῑ ανρασας̄, κ̄ το̄ αναλογον διαλαμβαται· ο̄ μεν̄ οῡ προς̄ τες̄ Μετεβινος̄ λογος̄ επῑ ποσ̄τοις̄ διαπραγμ̄ται· καῑ αλλᾱ η̄ πλαστᾱ ε̄ ανδρος̄, μεταβληθεντᾱ προς̄ η̄ ελλαδᾱ, σωματιματᾱ φερεταῑ πληρη̄ χαριος̄ καῑ δωαμειωσ̄. Συρων̄ η̄ παιδες̄ φασιν̄, υπ̄ερ̄ τως̄ χιλιαδους̄ λογους̄ αυτων̄ ανασραψ̄αι· ο̄ις̄ κ̄ ο̄ ω̄δε̄ η̄ ισοσιαν̄ ε̄νᾱ αναξῑοπιστος̄, εῑ καῑ μη̄ τᾱ δογματᾱ ε̄ισεβιος̄, ο̄ το̄ Παμφιλιε̄ επ̄ωνυμον̄ φερων̄ επιμαρτυρεταῑ.

MARTYROLOGIUM ROMANUM.

1. Februarii.

EODEM die Sancti Ephraem Edessena Ecclesiae Diaconi, qui post multos labores pro fide Christi susceptos, sub Valente Imperatore, sanctitate & doctrina conspicuus, quievit in Domino.

16. Martii.

In Syria Sancti Abraham Eremitae, cujus res gestas Beatus Ephraem Diaconus conscripsit.

9. Junii.

Edessae in Syria Sancti Juliani Monachi, cujus praecleara gesta Sanctus Ephraem Diaconus scripsit.

S. HIERONYMUS DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

Cap. 115.

EPhraem, Edessena Ecclesiae Diaconus, multa Syro sermone composuit opuscula; & ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis ejus scripta recitentur. Legi ejus de Spiritu sancto Graecum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat; & acumen sublimis ingenii, etiam in translatione, cognovi. Decessit sub Valente Principe.

GENNADIUS MASSILIENSIS.

De Scriptor. Ecclesiast. Cap. 66.

ISaac Presbyter Antiochena Ecclesiae scripsit Syro sermone, longo tempore, & multa, praecipua tamen cura adversum Nestorianos &

A Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiae longo carmine planxit, eo auditores imbuens sono, quo Ephraem Diaconus Nicomediae lapsus.

Petrus Edessena Ecclesiae Presbyter, declamator insignis, scripsit variarum causarum tractatus, & more Sancti Ephraem Diaconi Psalmos metro composuit. Cap.

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS.

B Ephraem Edissena Ecclesiae Diaconus, multa composuit opuscula, & de Spiritu sancto. De s. Eccles. 116.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS.

HUjus, scilicet Sancti Ephraem, septem opuscula exstant apud nos: scilicet, De poenitentia. De luctaminibus seculi. De compunctione cordis. De beatitudine animae. De resurrectione. De die judicii. In s. Histori. lib. 14. 87.

JOANNES TRITHEMIUS.

EPhraem Monachus, eremique cultor insignis, & Diaconus Edissena Ecclesiae, a Beato Basilio Presbyter ordinatus, propter humilitatem ad divina Mysteria conficienda nunquam accessit, quamvis apud Deum & homines dignus haberetur. Nihilominus quantum ad officium suum pertinebat, in monendo populum infinitas homilias declamabat. Hic, sicut in vita Sanctorum Patrum legitur, ab Angelo visus est librum aureis literis scriptum recepisse: unde mox altera De s. s. ribus 1. s. aliter